ducē hānonie diffidauit si illū receptaret
p̄pter q̄d iuit brabatiā vbi ilico durissima
guerra inchoata contra ducē p̄pter dictas
receptatōz q̄ ip̄m dñm **R**obertū ipulit ad
fugiendū in **A**ngliā vbi ilico applicatus
machinare cepit cū nobilib⁹ p̄tra regē frā/
cie dicēdo q̄ vecordes ⁊ pusillanimes es/
sent/ sic regnū dimittere. d. philippo cū si/
yellēt illō v̄dicare possent bono iure. ⁊c.
intantū q̄ in solenni festo b̄ti **G**eorgij in q̄
nobilitas vtriusq; sex⁹ uenit. in q̄ nature
hūane et pacis hostis p̄teru⁹ inimic⁹ dia/
bolus nō absuit. **I**mmo p̄ns illū diē glo/
sum sibi ⁊ oib⁹ diabolis fecit/ qm̄ iuuenū
vtriusq; sex⁹ ope et cōsilio/ sc̄m̄ passagiū
regis francoꝝ cū tricētis armatoꝝ milib⁹
turbauit/ guerrāq; p̄clusit inter nos xp̄ia
nos in q̄ credif. cl. annoꝝ spacio/ tā peste
ignis famisq; gladio xp̄ianoꝝ millones
interēptos. **L** **D**iaboli stimulate astutia/
vna dña p̄ ip̄m **R**obertū instructa. i. regis

anglor pntia in mensa sedentis vna ppo/
 fuit allegoria/seu figurā/ concludēs alle/
 gorice z figuratiue magnā regis z suoz ve/
 cordiam/nisi francie regnū vendicarent.
 Quo facto singuli tyrones instruci p do/
 minū Robertū/sua emiserūt vota dñab/
 q nunq̄ desisterēt/vn^o q vno oculo nō vi/
 deret/alius capuciū nō ferretē. donec frā/
 cie regnū/ animo illō querendi intrasset.
A. Quō tam repete fuit per nostros tāta
 materia z tanti regni cōquesta cōclusa **F.**
 Dirigente eodē diabolo/ pacis et nature
 inimico/ quoniā dicit rex philipp^o vidēs
 se imo totū orbē pacificū/ nolens miliciā
 ocio torpere. sed illā p xpi fide augēda di/
 sponere/iuit ad visitandū papā vrbānu z
 quintū in **Quinionez** petēdo crucē p eun/
 do vltra mare/ q obrēta/ repiebāt tricenta
 milia armigeri ad crucē recipiēdā dispo/
 siti qbus absentib/ anglici vestri putarūt
 facilem regni francie inuasionē. que cum
 ad aures dicti philippi francoz regis per/
 uenerūt. a tam pio z scō pposito a tāto bo/
 no vobis tā effera z dānata neq̄cia cōpul/
 sus p sui regni defensiōe destitit ita guer/
 ra cōtra infideles fienda z pvestra iniqua/
 te cōuersa/ cōtra xpianissimos frācos p ty/
 rannia z libidine dñandi exercēda vñ in/
 gemiscit popul^o in bilat hostis/ erulrat in/
 fern^o. que vox q̄ lingua tāta xpianoz dā/
 na exprimere potest illis ifelicissimis die/
 loco z hora fabricatis. **A.** Quō igit̄ rege
 philippo reuerso de **Quinionez**/ anglici nri
 certificati q̄ erat infra regnū tantū nego/
 ciū attentarūt z tā difficile. **F.** Instigāte
 diabolo z dicto Roberto ei^o ministro/ rex
 Anglie cōsultuit ducē hannone/ q̄ cōsult^o
 multū dissuasit istā querelā z guerrā. s; ni/
 hilomin^o magis fauēs maiestati q̄ verita/
 ti z iusticie/ dixit cōsulendos ducē **Brabā**
tie/ ep̄m Leodiē. Archiep̄m Colonien.
Ducem Belren^o Marchionē Jullien^o dñz
Arnolphum de baqueben z dñm de fran
quemont. q̄ siquidē eēt h^o opionis inci
piendi guerrā attrahi possent ad diffidan
dum regē francie. eēt sufficiētes ad inua
dendū cū. 10000. armatis cū trib^o corona
ris ad q̄s omnes p̄dictos missi sunt ilico.
xl. milites in maxima pompa q̄si aux ia
ctantes pro gratia ppli captanda p loca z
patrias quib^o iter suū faciebāt. Et ipsozū
aliq̄ cum vno oculo dicebāt se venisse/ nō
ante cū illo visuros donec aliq̄d magnuz

fecissent p cōquesta regi francie. Qui siq̄/
 dem milites z nūcij regis Anglie/ a dictis
 dominis reportarūt votiuū respōsum **Et**
 cū hoc tantū laborarūt q̄ habuerūt fauo/
 rem tacitū flandren. medio cuiusdam bar/
 tuelle inter ipos prepotētis. **Lomes** autē
 flandrie amicus francozū posuit garnisio/
 nez a gagent cui^o metu oportuit anglicos
 pomposos p hollandiā remeare. Quo au/
 dito p regem anglie misit cōtra dictā gar/
 nisonē. d. armatos/ z. 2000. archerios q̄
 post multū conflictū dirigente diabolo p
 ualuerūt. **Ex** qua victoria dicit bartauelle
 resumptis virib^o ilico scripsit regi anglie/
 q̄ post tale principiu veniret pualeret p/
 ut z fecit z venit ad dictū locū vbi
 cum omnibus premissis cōuenit z intan/
 tū votū p̄palauit q̄ post vni^o mēsis spaciū
 facere voluerūt/ q̄ dux **Brabantie** faceret
 et ille differens post aliā dilatoem conclu/
 sit q̄ nisi de mandato impatoris nō diffi/
 darent. propter quod **Marchio Jullien.**
 missus ad illū/ obtinuit vicariatū imperij
 et licentiā fabricādi monetā sub colore q̄
 rex francie occuparet ab imperio castrum
 de creuerē in diocef. **Ameracen.** **Et in**
terim aduenit estas z rex anglie erat cum
cōiuge in castro de lonaur. adueniēte aut
termio/ venerūt anglici. 500. z sagittarij
10000. z nihilominus oportuit ipm vsq̄
ad mēsem nouēbris alios dños expecta
re/ z interij miserūt diffidatōnes regi fran
cie per quēdā ep̄m de Incole ex parte re
gis anglie tanq̄ vicarij sacri impij quod
tunc etiā noluit dux **Brabantie sed ventu**
rum se p̄misit quando obsedisset ciuitatē
Ameracen. qd z fecit. Sed rex anglie fu
it cōsultus dimittere obsidionē et intrare
regnū quod z fecit. Sed ilico cum voluit
intrare regnū. Lomes lynandi z Lomes
de ipm quē extra imperiū dimi
serūtq̄ solum vt vicario obedierāt et fue
runt cū rege francie vnde rex francie venit
obuiā cum regibus Bohemie Scocie et
Auuarre habens. 6000. z viij. bānerias
dc. lx. peminones. vi. duces. xxxvi. comi
tes. cccc. milites. z. lxxij. pedestres vsq̄ ad
locum de buronte. Rex anglie prope per
tres leucas habebat duces **Brabantie de**
Sueldes **Marchiones de Jullies et blan**
nerbonc. comitē de moirs dños de hāno
nia Robertū de artoys z omēs barones z
milites anglie. sed finalit̄ tractāte ducissa

Dialogus duorum militum

Bannonie recesserant sine bello. **A.** Nec mihi non videtur verisimilia quod vicarius imperii ad tantam guerram iniiciendam procederet cum se noverat francorum regem. **S.** salua pace tunc se non dicebat francorum regem sed dicam cur et quod nomen et titulum regis rex vester usurpavit. **S.** Scire debes quod post promissam nisi est medio dicti Jacobi tartavelle attrahere flandrenses qui omnino negaverunt metu pene conuente et per ecclesiam illis imposita. ut si minus grata regi francie unquam facerent pene excommunicationem et ducentorum milium floren. subiacerent. **S.** Sed consilio vni mali aduocati tergiversatoris quasi achitofelis fuit dictum quod si recipet titulum regis francie et tanquam francie rex illis precipiet quod eent liberi a pena cuius consilio fuit vtriusque applausum. licet multis prudentibus videtur rationi dissonum. recipe titulum tantum sine alijs causis et possessione. **A.** Quid inde processum. **S.** Armata francorum et Ianuenum per mare destruxit auroniez franci destruxerunt terram domini Johis de hannonia. et illi de cameraco hannoniam discurrerunt. Postquam anno. xl. itez reuertit anglorum rex ad franciam qui reperit in mari armatam francorum cum qua dimicauit et durauit conflictus ab hora prime usque ad nonam et finaliter angli preualerunt et transierunt et venerunt ad gaudium ubi reperit reginam enitiam et illico obsedit ciuitatem Tornacensem. **A.** rex francie venit usque ad pontem de Cressy ubi multe scarmuche et franci strenue se habuerunt. et potentiores et flandrenses vercordit aufugerunt. sed finaliter post. xi. septimanas tractate ducissa hannonie fuerunt deputati quinque tractatores qui concluderunt treugam ad annum unum. et debuerunt reges mittere quinque notabiles personas. et ex parte pape duos cardinales ad ciuitatem attrabatenam. et quicquid per illos seu duas partes illorum esset factum ratum maneret atque firmum et interim vti possidebat quisque possideret. **S.** Sed finaliter in dicto plamento nihil fuit conclusum culpa anglicorum pertinacium. **D.** Demum rex anglus ordinauit festum in die Georgii et ordinem de Jarretiere cum xl. militibus. et xl. scutiferis et regina presentem cum. ccc. domibus vel domicellis inductis eadem liberata. Anno. ccc. xliiij. **A.** et demum anno. clvi. posuit obsidium ante calaysum propter quod rex francie venit ad leuandum et quod non potuit transire obtulit bellum et roga

uit regem anglie et simul pugnaret quod refutauit et ita sine fructu retrocessit propter quod rex anglie habuit calaysum et sine misericordia illos cum seueritate tractauit et anglicis populauit. **M.** Multi guerre actus secuti usque ad annum. liiij. quo fuerunt in Auinione ad tractandum de pace et anno. lv. princeps de gal. descendit et eodem anno rex Anglie usque calesium et inde ad locum de bedin. cui rex francie venit obuiam et obtulit bellum dicto anglorum regi. qui illud renuit et cum confusione retrocessit. **D.** Demum anno. lvi. contra principem de **R.** rex Jo. franciam venit et habuerunt bellum prope ciuitatem pictauiensem. in quo probdolor. multi nobiles hinc inde occisi et franci qui superati sed rex Johis fuit reputatus strennuior miles illius belli. quem vos anglici honorastis. sed finaliter per multa ipsum occidit. et tanto maiorum fuistis actores quod deum debetis timere ultorem. **E.** ecce iniusticia seu iniquitate vestra. **A.** alio dixit mihi pontifex meus. **S.** Dic pro quod dixit. **A.** Dixit quod pro iustificatione sua obtulit rex noster stare consilio generali quod francie rex renuit quod non renuisset si de iure suo confidisset. **S.** Per premissa tibi liquet satis responsio nonne questio sopita si que esset per consensum regis et regnicularum factum cum tantis deliberatione et dilatione omnia potuerunt rex et regnicole singuli at non. **A.** Cum igitur rex tuus cum procerum et regnicularum consilio regi francorum homagium fecit et regem agnouit et approbauit quomodo contra proprium iuramentum homagium et fidelitatis sacramentum venire non veretur anglici. **N.** Nonne fellonia commisit rex vester. **U.** mo lesit maiestate domini sui. **N.** Nonne ista exceptio alias elidit. quomodo igitur debuit francie indubitat pro promittente de tanto regno in homines pauci enim reperuntur hodie a populo aurum spermentes dicit enim salomon quod omnia obediunt pecunie et alius dicit. **A.** Audito nullo quasi quodam summo principe. **R.** Resiliunt valere nihil audit nisi salua. **N.** Nonne de dicta fellonia ipse rex iudex competens tanquam dominus feudi et saltem cum paribus quomodo summittere debuit vel potuit alieno iudicio nunquam fecit nec facere debuit. nec legi fuisse de hoc actum. **P.** Preterea quilibet principum non subdita imperio potest sibi regem eligere. ut franciam et hispaniam non subdite

imperio. Cum igitur deficeret in regno frācie filius priogenitus / et alij capaces i sanguine in proprietate pcederent. quare nō potuerunt illū sibi eligere regem iudicio et electōne parium et magnatū prout fecerunt illū victoriosū philippū cui inerat splendor nobilitatis regie / et cuius voces intellexim⁹ non barbarū seu anglicū / vel saxonē / cuius vocē non intellexim⁹ populus francus / erat enim dñs philippus p pinquior. et ideo cū naturaliter in regno succedat / et naturaliter in regno cum naturam imitetur / et ab ea separari nō possit iuxta doctorū approbatas sentētiās. Nec etiam procerū suorū consilio dictus rex anglicus contra fidelitatem / et homagiū prefatum venire psumpsit / nisi de facto ad suggestionē diabolicā medio illius diabolici Roberti de artoys impij et quasi per indignatōem desperati illi tyrones / et iuvenes postvinū / et dominarū psuasionē vocati / illa vota de faciendo guerrā in francia / fate / et in suarū animarū salutis detrimentum emisissent. Nec ambigendū quin pceres si cōsulti fuissent regnū suū et ducatum acquitanie cū alijs pinentijs maluisissent pacificū / et sub federē regie francoꝝ maiestatis / q̄ se tot / et tantis guerre discriminib⁹ immiscere per que nil securū / sed omnia contētiōsa / et anglicis inutilia / et dānosa saluis dei offensis / et proximorū contumelijs que extimatōem nō recipiūt quibus mediā illius anglie regni pars peste / et gladio depopulata / et homibus viduata et si damna dederūt certe maiora repas si sunt. Quid plura? Lerte que iuste possidebant et pacifice / nūc tyrannice / et per seculonā omnia cōmiserunt / et pacis fructum amiserūt. Malum igitur iuvenile / et filiū / et ipiū. minus salubre / et vtile / et honestū. Nec video vobis remediū hominibus destitutis nisi q̄ habita dispensatōne / viduas vestras desponsetis / et dei et hominū pacem queratis. **A** Dolendū et mirandū de assertis si veritati innituntur. **F** Tra ponūt / et habent chronice quas vidi. **A** Nonne treuge vel pax ex post facte. **F** Multe sed nulla efficit nec tenta. **A** Cuius culpa. **F** Vestra prout audistis. **A** Non perpēdi culpam nostrā. **F** Culpam noto continuā per pmissa / quia ex malo p̄cipio malus finis spectā dus / quicquid ex post bellis iniustis ipijs /

iniquis fortuna dedit suo iure illd vestra impietate et p̄ malicia venit. Multi enī tractatus iniciati cū illo illustrissimo. d. Jo. de francia q̄ pro cōsummatōe tractatus redijt angliam / et ibi occisus. / et licet habueritis hominē redemptōem habere vel petere nō veremini in gladij virib⁹ quib⁹ plures ex vestris q̄ ex nostris interempti et longe plures habetis viduas / et orphanos quā nos dei misericordia habeam⁹ / iustissimo dei iudicio illd disponente / ut qui sanguinē sicitis / sanguinē patiamini / et bibatis. Voluistis enī / Anni assyriorū regis / magis q̄ xpi imitatores esse q̄ annorū. l. spacio pagande dominatōis libidine / arma ferrea extulit / et cruentā vitā p totam asiā bellis egit / et in rubro mari vsqz ad luxinū pontū pdomuit. Barbaramqz adhuc in bellem torpentem excitavit se / vitā et iam nō pecudū sed sanguinē hominū bibere. **A** Non omnes eiusdem fuerunt nec sunt opinionis. **F** Lerte fateor nec natōem totā accuso sed autoribus tantorū scelerū culpam do. Proceres enī / et prudentes pacē concluderāt quā tyrones / et iuvenes incōsulti ad solam dicit. d. Roberti de Artoys psuasionē infregerunt / et guerrā cruentam inchoarūt. Multiqz probiviri pacē quesierūt / sed illorum opinio probdolor nō inualuit / et ita seu longo vsu tantorū preferim p̄latorū vestrorū autoritate cōprobata inoleuit q̄ si in naturā conuersa / et vtinā solos amores nō infontes pena sequerēt. **A** Quando fuerūt illi tractatus inter nos quos asseris. **F** Circa annum. D. ccc. lxxij. in quo rex Johannes fuit liberatus anno lxxij. visitauit papam in Tuinione / et anno ite rum. lxxij. pro cōsummatōe tractatus redijt angliā et ibi mortuus. Ex quib⁹ orta est questio et finaliter anno. lxxvij. in plamento parisiē. sententiātū est q̄ appellatōnes dominorū de acquitania a rege anglie deberent recipi p dictum plamentū / et ita fuit significatū regi anglie qui multa allegauit a rationis tramite multū dissona / sed nec minus rex noster tanqz iustificatus ex abundanti obtulit stare iudicio ecclesie Rhomanę dñi nostri pape quod rex vester renuit. **A** Difficile est mihi credere. **F** Quare credis de pace cum illius fueritis semp inimici / et ruptores. rā quā nō homines bone voluntatis quibus

Dialogus duorum militum

solis par a christo legata. **A** Immo
semp̄ quesuimus et querim⁹ pacem. **R**
Quare igitur occidistis illū piū regem
vestrū Richardū cui⁹ medio pacem per
petuā si illa digni fuissetis q̄siueratis. **A**
Longa est historia. **R** Immo breuis
in effectu. **A** Quare breuis. **R** qz
tanq̄ pacis inimici estis assueti dños et re
ges occideret. **A** quos et quot. **R** Cum
ipse melius scire debes quare regē sanctū
kinicū danorū et anglorū regem cui⁹ regis
danorū estis tributarij/occidistis infra ec
clesiam cathedralē in ciuitate ortoniē in
regno dacie et pheonia insula et ibi sanct⁹
marrir sepultus. In cui⁹ rei memoriā/ sa
gitta signū vestri gestare sacerdotes in ca
sulis debent dū celebrant. quā possessio
nem impie cōtinuastis vsqz ad aliū scrip̄
marrirē scrip̄ thomā cantuariē. pro iusti
tia cuius estis inimici morientē et vsqz ad
dictū piū regem Richardū pro paceyo
bis quesita tanq̄ indignis infectus. Que
igitur maior demētia q̄ nobiscū cōtende
re nisi gladio. si dominos naturales et p
prios occidistis vñs impijssimis opinio
nibus dissentientes quō alienis pacē vñ
iusticiā seruabitis. **A** Nunq̄ audiui an
glicos reges infectos. **R** Ego legi p
dictos et alios etiā tempe antiquissimo.
A Dic queso vnū. **R** Dicā plures
A Rogo dic. **R** Anno dñi. dc. lxxij.
Diuas rex anglie occisus est. Anno. dc. li
Dfini rex occisus Anno. dc. lxxij. Alfin⁹
rex occisus Anno. dc. lxxx. Egriſd. Rarda
hūbrozū rex occisus est. Anno. dc. xcviij.
Urenhered dux regni mordamibrozū in
terfect⁹ est. Anno. dcc. xvi. obred rex mor
damibrozū interfectus est put vester Be
da venerabilis in angloz historia/late de
scribit. De illo autē martire/ glorioso san
cto kinito dacie et anglie rege/ponit dano
rum historia. **A** Illi tunc infideles
R Sed vos tūc infideliores. **A** bo
num fecerūt quia sanctos et martyres/ho
mines mortales fecerūt. **R** Si bonū
nō tamen bene fecerūt. et deus remunera
tor aduerbiorū nō nominū. // **A** Forte
cū iusta causa fecerūt et ita bene. **R** Vo
lentibus nō abest occasio iusta vel iniusta
sumūt enī occasione iniqui qz corrigi de
spiciūt et bene prolata criminātur. Valde
enim insolens et intolerabile existimāt q̄c
quid illud nō sonat quod intus amant

R Dum mēte reuoluo que audiui ma
lo tacere q̄ loqui. Vincit enim om̄ia veri
tas. et certū quod in diebus meis vidi no
bis pacē quesitā medio illius boni regis
Richardī de cui⁹ mortē causis illi⁹/ satis
impijs/ taceo. de tā antiquis ignoro. hoc
saluo q̄ inter nos fama asseritur. Norma
niam nobis p̄tinere et in hoc nos iustam
vos iniquā fouere causam. **R** Salua
pace nō est vey. nil citra mare habetis ni
si p̄ tyranniā et mare est et esse debet termi
nus vester. Habuistis tamē alias ducatū
acquitanie cum aliq̄bus pertinē. in feu
dum a rege francorū que ducatū per mul
tiplicatas fellonias diuine et regie francie
maiestatis offensiuas amifistis p̄tra fide
litate iurata et promissam veniēdo. In
Normania autē nullū ius habuistis. nec
habetis/ immo vt dux normanie rex fran
corū est verus rex anglie. scitis enī q̄ dux
Normanie iusto titulo regnū vestz que
fuit vnde repio etiā q̄ anno. c. lxxij. rex frā
corum Ludorvicus zelotypia mor⁹/ vxo
rem repudiavit quā henricus normanie
dux p̄ter eius volūtate duxit propter qd
inter eos suborta guerra sed post eodem
anno facta pace int̄ eos dictus Henricus
cum dicti regis Ludorvici p̄sidio/ angli
am cōtra Stephanū intrat regnum et oc
cupat sed per cōcordiam illi regnū ad vi
tam dimisit. q̄ post illo Stephano mor
tuo cum dicti regis p̄sidio regni itegritas
tem habuit et possedit. Post autē circa an
num domini. M. c. Philipp⁹ francorū et
Henricus angloz reges simul in christi
nomie cuz innumeris nobiliū milibz iter
pegrinatōis vltra mare pro christi vin
dicta fienda arripuerūt/ et si rex tuus odo
ardus similiter in die sancti Georgij face
re voluissz aut saltem illū xpianissimū frā
corum regē Philippū de valois nō im
pediuisset anglicos suos. **A** Non perdi
disset nec tantorū francorū mortem pro
pinasset nec notā sue fidelitatis infracte in
currisset/ sicqz rex Henricus vltimo vita
functus strennuitatē propria et fratrū ac
sue militie cōtra infideles cōuertisset. **A**
Possibile est. **R** Precor nomia mihi
pontificē tuum instructorē et in hac mate
ria eruditorē. **A** Ad nominabo/ sed
magnum in dei seruitio tibi esse assero et in
magna dignitate constitutū. **R** An
nā bene ppendat/ sue magnitudis p̄cep

et casuū sublimiū macia lubricitate. quomā
 nā trepidaret tam sublime aggredi fasti-
 giū quod dū videtur virere cadit. et dū ce-
 tollit terminat sine repentino sicut ros/
 qui subito desiccatur. **¶** **A**si bñ in-
 telligeret nō fuisset in tanta constitutō di-
 gnitate. **¶** **D**ignitas ex se improbos
 neq̄t facere reuerendos / q̄ ex se dignitas
 nihil habet virtutis nec virtus ex dignita-
 te. sed prop̄ virtutē dignitati dat honor.
¶ Si enī aliquid boni a natura inesset di-
 gnitati / mali nō precessent sicut videmus
 precesse. **¶** **T**alem illū credo fore pre-
 latum et bñ intelligentē. **¶** **U**tinā ta-
 lis sit cui opatio lingua mens et vita testi-
 moniū prebeāt dignitati. **¶** Apud deū enī
 nō est etas sed actus vitæ et mox dignitas
 approbat. **¶** **¶** **Q**uare de illo tantū du-
 bitas et inquis. **¶** **¶** **P**er ea que video
 et audio iugiter in his regnis et in ista ma-
 teria. **¶** **¶** **Q**uid vides. **¶** **¶** **V**ideo
 prelatos et sacerdotes vestros armigeros et
 viros sanguinū effectos / sed quo iure ne-
 scio. et tamē nup in ciuitate Rothomagī.
 audiui regem vestrū Henricū vltimō vita
 functū strenuū mirabiliter prelatos ve-
 stros arguentē et mordentē q̄ ex eorū in-
 cumbenti officio nō essent pacis amato-
 res zelatores et p̄sutores / et tamen vestros
 vidi prelatos magnos et audio bellatores
 et pridē quod deterius est piū et charitati-
 num subsidiū pro fide xp̄i iure datū et con-
 tra hereticos cōuertendū cōtra nos xp̄ia-
 nissimos cōuersum et pro nostra occisiōe
 erogatū. quod mihi nedū admiratōnem
 inducit sed stuporē. **¶** **¶** **Q**uius mores tā ener-
 gos p̄sidero recolens eius quod dicit Ber-
 nar. ad eugenū q̄ hodie totus zelus ecclia-
 sticus feruere videt in tuendis possessiōi-
 bus et dignitatibus. honoziq̄ totū detur
 et sanctitati nihil / et de dei placito vltima
 fit mentio / et de iactura salutis cunctatio
 nulla nec salubre putatur nisi quod subli-
 me. et nihil iustū videtur nisi quod gloriā
 redolet. **¶** **¶** **P**robi sunt vere / sed regis
 et principis imperiō hec faciūt. **¶** **¶** **D**i-
 cit petrus magna autoritate q̄ magis deo
 oportet q̄ hominibz obedire. **¶** **¶** **N**on in for-
 titudine viri beneplacitū erit deo / sed sup-
 humilem et māsuētum et timentē verba do-
 mini requiescet / spiritus eius / et qui te in
 vna macilla pcusserit prebe alia. **¶** **¶** **I**uxta il-
 lud verbū christi. **¶** **¶** **D**edi genas meas eucl-

lentibus et cōspuentibus in me. **¶** **¶** **D**ic pre-
 cor prelatos et sacerdotibus tuis magis an-
 nuentibus maiestati q̄ veritati mente vt
 reuoluant illud terrendū euangeliū. **¶** **¶** **N**isi
 iusticia vestra abundauerit magis q̄ pha-
 riseoz nō intrabitis in regnū celoz. **¶** **¶** **Q**ui
 dixerit fratri suo racha reus erit iudicio.
¶ **¶** **Q**ui dixerit fatue reus erit gebēne ignis.
¶ **¶** **S**i pro tam modica iniuria gehennā p̄-
 uocauit / quid pro tantis stragibus et exe-
 crabilibz homicidijs et alijs guenē discris-
 minibus. **¶** **¶** **C**ogitent ecōuerso si veri sacer-
 dotes et pontifices pacem psuasissent a tē-
 pore **¶** **¶** **O**doardi citra / quanta et qualis eēt
 militia et nobilitas christiana. et si pro xp̄i
 fide augenda expositarēt rex noster dispo-
 fuerat / quātus fructus vbi nunc luctus.
¶ **¶** **C**ogitent de satisfactōne vbi in seuitia p̄-
 seuerant. **¶** **¶** **F**init.

Opus quoddā col

latiū de quadā puella que olim in Fran-
 cia equitauit cuius editio magistro Johan-
 ni de gerson ascribitur / sed magis apparet sti-
 lus magistri Henrici de gorckheim.

¶ **¶** **A**d gloriā benedictę trinitatis / glō-
 seq̄ semper virginis dei matris ac totius
 curie celestis.

¶ **¶** **T**alit me dominus cui sequer gre-
 gem et dixit mihi vade et prophe-
 ta ad populū meū israel. **¶** **¶** **A**mos
 vii. **¶** **¶** **P**opulus israel populus re-
 gni francie nō incōgrue potest sp̄ialit̄ nū-
 cupari / quē fide dei et cultu christiane reli-
 gionis notū est semp floruisse. **¶** **¶** **A**d huius
 regni filiū quedā iuuenula / pastoris cu-
 iusdā filia / que et ipsa gregē ovium secuta
 fertur / accessit. asserens / se missam a deo q̄
 tinus p̄ ipam dictū regnū ad eius obediē-
 tiam reducat. **¶** **¶** **N**e autē ipsi assertio putet
 temeraria etiā signis supnaturalibus vt
 tur / sicuti reuelare occulta cordiū et futura
 cōtingentia p̄uidere. **¶** **¶** **R**efert insuper q̄ sic
 rasa capite ad modū viri. et volens ad actū
 bellicos procedere / vestibus et armis viri-
 libus induta / ascendit equū. que dū in eq̄
 est ferens / ver. illi / statim mirabili viger in-
 dustria / quasi peritus dux exercitus ad ar-
 tificiosam exercitus institutiōem. tūc quo-
 q̄ sui efficiūtur aiōsi. **¶** **¶** **C**ontra vero aduer-
 sarij timidi quasi viribz destituti. **¶** **¶** **T**ibi at
 de equo descendit / solitū habitum mulie-
 rez reassumēs / fit simplicissima negotioz